

5.

Papst Honorius III. nimmt das Hospital zu Freiberg in seinen und des heiligen Petrus Schutz und bestätigt seine Besitzungen. [Rom] Lateran, 1224 April 3.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Die Bulle an Fäden von rother und gelber Seile.

5 *Gedr.: Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 1.*

Ann.: Die Rückseite des schadhaften Originals ist mit Papier überklebt, so daß die Dorsalen nicht erkennbar sind.

:Honorius: episcopus servus servorum dei dilectis filiis rectori et fratribus domus | hospitalis in Vriberch salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis | et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, 10 dilecti in | domino filii, vestris justis precibus inclinati personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscip[imus]*). Specialiter autem terras possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia juste canonice ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem hospitali vestro 15 auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani III. nonas aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

20

(B.)

6.

Strauf, 1225 Juli 4.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 266. Das S. an Fäden von blauer, weißer und rother Seile.

Gedr.: Schultes Directorium diplomaticum 2,599 (mit falschem Datum). Riedel Cod. dipl. Brunnenb. I. 10,118.

25 *Ann.: Vergl. den Vorbericht.*

Heinrich Markgraf von Meissen und dem Osterlande bestätigt dem Kloster Altzelle alle Besitzungen. Insuper nos de propria liberalitate antehabitis aliqua superaddere cupientes pro peccatis parentum nostrorum et nostra successiva prosperitate omnes parochias in Vribere, scilicet sancte Marie, sancti Petri, sancti Jacobi, sancti Nicolai, sancti 30 Donati atque hospitale pauperum, quod inibi constructum est, cum omnibus attinentiis et si que nove parrochye construentur, omnes eis contulimus legitimo proprietatis tytulo possidendas in perpetuum, in quibus nullus eos inquietare presumat, qui nostras et successorum nostrorum inimicicias voluerit evitare. — Anno incarnationis dominice m° cc° xx° v°, indictione xiiii°, concurrente ii°, epacta ix°, tempore Honorii pape ac Friderici in- 35 peratoris — — —. Datum in castro Struf iii^{to} nonas julii.